



Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporvm Non Tantvm, Eorvmqve Vicariorum munus; sed
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum
ac dubiorum indies occurrentium Resolviones ... quàm brevissimè
continentur

Zerola, Tommaso

Coloniae Agrippinae, 1680

Edicta, Seu Statvta.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10421

EDICTA SEU STATUTA.

EDICTA, SEU STATVTA.

SUMMARIUM.

1. An Episcopus possit facere edicta in sua diœcesi.
2. An addere penas ultra jus commune in illis.
3. An durent post mortem ipsius.
4. An capitulum possit facere statuta sine Episcopo.

AD Primum. Respondetur affirmativè, c. ut animarum, de constit. lib. 6. c. si quis, de major. & obed. modò non sint contra jus canonicum. Gom. in d. c. ut animarum, §. statuto. n. 1. Fel. in d. c. si quis, Bart. in l. 1. ff. quod quisque juris, & in l. omnes populi, ff. de iust. & jure. sed non potest facere edicta contra legem superioris, Gom. loc. cit. n. 25. sed potest contra jus civile disponere. idem ibidem num. 29. Abbas in c. cum venerabilis, de judic.

Ad secundum. Respondetur affirmativè, dicendo primò, quòd potest pone re pénam ipso jure in edictis, ubi imponeret aliam pénam non ipso jure, ita Gemin. ibidem notab. tertio. Abbas in c. cum contingat, in columna secunda, de foro comp. Secundò potest imponere pénam privationis beneficii, ipso jure, clericis non residentibus. Card. in c. ex tunc de cler. non resid. Gom. ubi supran. 16. Selva tract. de benef. 4. p. q. 5. n. 3. Gl. in Clem. 2. in ver. tolli, de elect. & gl. in Clem. 2. in ver. ut i. de stat. & qual. ratio est: quia Episcopi suis edictis seu constitutionibus possunt adjuvare jus canonicum, imponendo pénam, ubi non est, Joan. Andr.

in c. fin. Archiep. Diaz. in pract. crim. can: cap. 136. Rebut. in pract. benef. tit. de dispensatione de non resid. numero 12. 13. & 14. ubi plus dicit, quòd tunc possunt privari, etiam sine innotione præcedenti. Panor. in c. quoniam. §. porro, col. 4. ver. advertendum tamen, ut lit. non contest. Rebut. tit. dispen. de non resid. n. 25. Tertiò potest facere edicta ad reformationem motum subditorum, & imponere pénas, licet non contra jus canonicum, ut dictum est, sed præter. i. ampliando pénam, & augere, Abb. in c. licet, in 2. notab. de offic. ord. & hoc non solum ab Ecclesiasticis, sed etiam à laicis judicibus posse fieri, ex multis Doct. tenet Covar. desp. 1. p. c. 6. §. ult. n. 17. Quartò potest factum à jure damnatum prohibere sub certa pénna, Abb. in c. à nobis, desent. excom. Fel. in d. c. si quis, col. 5. & sic potest facere edictum fulminans excommunicationem ipso jure contra tenentes beneficiia sine titulo. Gom. loc. cit. n. 18. Quintò potest facere edicta etiam contra laicos, concer nentia salutem animarum, quia ratione animæ laici subsunt Episcoporum statutis, Gom. ibi. n. 13. Firman. tract. de Epis. fol. 28. quia Episcopus habet jurisdictionem in laicos, non solum de jure, sed ex pro rogatione, Boer. decr. 69. n. 4. & sic potest prohibere ludos nocte Nativitatis Domini, & ne accedant ad monasterium monialium, ut solvant decimas, & alia hujusmodi, ut patet in verb. moniales, & per universalem consuetudinem. Sextò quoties jure repetitur aliqua pénna, quæ propter diversitatem opinionum est dubia, tunc potest Episcopus illam imponere ipso jure. Jo. de Anan. in c. frater-

fraternitatis, col. pen. de heret. Jo. And. in c. ex parte, si tertio. de verb. sign. Gom. loc. cit. n. 26. Septimò non potest imponere pænam ipso jure, quæ afflictionem corporis, vel infamiam induceret. Bald. in l. programma, n. 2. C. comm. epist. & Salic. ibidem, Gom. loc. cit. cum propter periculum irregularitatis per c. 2. de homic. lib. 6. Et clem. unica. eodem tit. tum etiā, quia Episcopus non debet esse percussor, t. ad Tim. c. 3. & lingua, & scripto potest causari percussio, D August. super Psalmum. 63. Octavò, non potest statuere & imponere pænam in subditos extra suum territorium, nec illisi contraveniant, dictam pænam incurrent, etiam si fuerit pæna excommunicationis, Abb. in c. quæ in Ecclesiistarum, de const. in principio, Et in rub. de foro comp. Et in c. 1. de raptor. Alex. in const. 3. in p. vol. Gom. loc. cit. n. 39. Et 40. ratio assignatur in dict. c. 2. de de const. lib. 6. Navar. cap. 27. n. 272. Covar. in c. alma mater. 1. p. §. 10. n. 3 de sent. excom. lib. 6. l. ult. ff. de jurisdictio. om. jud. quidquid dicat Batt. in l. cunctos populos, n. 45. de sum. Trin. Et fide cat. Nonò, hincfit Episcopum, vel Archiepiscopum, Primate, vel Patriarcham, posse incidere in pænam impositā in statuto sive edito alicujus Episcopi, vel Vicarii ipsius generalis, quia delinquens in illius territorio, incurrit pænas, Abb. in c. cum inferior, de major. Et obed. Gō, loc. cit. n. 53. & dicam. in ver. excommunicatio, de can. mater. §. 1. dub. 1. ubi etiam poteris videre si statutū Episcopi se extendit in loco exempto. Soc. const. 77. incipiente, Confessio nostris col. 3. ver. 1. in l. vol. vide affl. in const. Homines, num. 8. Deci-

mò potest facere edicta, constitutiones, ne clerici acedant ad tribunalia laicorum, c. 1. Et ult. de postul. imò nec clerici possent deponere testimonium veritatis in judicio laicali, sine licentia sui ordinarii, tam in criminalibus, quam in civilibus, c. monachi, c. de presentium, Et ibi gloss. in verb. defensor, 16. quest. 1. cap. 2. de postul. c. non magnopere. ne cler. vel mon. Foll. in frag. n. 9. Guid. Pap. quest. 65. ubi dicit, quod nec de licentia sui ordinarii, si agitur criminaliter. Inn. in cap. 1. numero 2. de jur. calum. Undecimò ne clerici agant negotia, seu procurations laicorum, cap. sacerdotibus, ne cler. vel mon. cap. fin de vit. Et honest. cler. Diaz. in pract. crim. can. cap. 52. Duodecimò ut defenant habitum clericalem, & tonsuram. Concil. Trid. sess. 14. c. 6. de refor. Diaz, loc. cit. c. 69. c. non licet, il. 2. 23. dist. c. natus 11. q. 4. Ang. in ver. cler. 4. §. 1. & 8. Sylv. in ver. excomm. 6. n. 4. gl. in Clem. si. in ver. videatur, de vit. Et honest. cler. adest Bulla Sixti V. circa habitum, & qualitatē ipsius, quæm videoas. Decimo-tertiò ne deferant arma; cap. in audiencia, de sentent. excomm. c. cleric. 23. q. 8. c. ex multa. §. de cler. de voto, Et vot. redem. c. non. pia, Et ibid. Clem. prima de vit. Et honest. cler. Ang. in ver. clericus, 10. in initio. Decimoquarto ne descendat à diaecesi sine licentia ordinarii. cap. querente. de cler. non resid. Selva tract. de benef. 4. p. quest. 4. 5. Et 6. Concilium Tridentinum sess. 23. cap. 6. Et 11. de refor. Decimoquinto ne cohabitent cum mulieribus suspectis in toto tit. de cohabit. cler. Et mul. & Concilium Tridentinum sess. 25. c. 14. de refor. Decimosexto ne

B.

Iudans



ludant ludis prohibitibus, nec illorum sint inspectores, cap. cler. il 2. de vit. & honest. cler. Conc. Trid. sess. 22. c. 1. de refor. Decimo septimò ne exerceant aliquam atrem sordidam, Clem. 1. de vit. & honest. cler. Decimo octavò ut interfint horis canonici, & divinis officiis e. dolentes de deceleb. miss. c. fi. 92. dist. Nava. tract. de hor. can. c. 3. n. 3. 11. & 14. Sylvest. in ver. 6. hora can. §. 1. ver. 4. Clem. 1. de celebr. miss. & hoc sub pena subtractio- nis fructuum, & quotidianatum distributionum, c. unico, de cler. non resid. lib. 6. & dicam inferius in ver. distributiones quotidianae. Decimononò ne parochus absit à sua parochia ultra biduum sub pena pecuniaria mediae decima, & non ultra, declarat sac. Congreg. 37. & si ultra, sub pœnis prout dicam in ver. præ- vatio, inferius. & Conc. Trid. sess. 23. c. 1. §. eadem omnino, de refor. Vigesimò ne clerici peregrinentur. Abb. in c. scrip- tura, n. 9. de voto: & alia multa prout in jure, sacris Conciliis, & diversis aliis constitutionibus. Vigesimoprimò ut clerici servent antiquos canones de vestitu, ge- stu, & aliis, de eorum moribus disponen- tes. Nav. in c. statutum, n. 29. 1. q. 3. & præcipue ne fulgidis & claris vestibus u- tantur, c. primo, 21. q. 4. Vigesimosecun- dò potest prohibere, ut laici, non gau- dentes privilegio clericali, non portent tonsuram, vel habitum clericalem, Gemi. in c. unico de bigam. lib. 6. per illum tex.

Ad tertium. Gl. in d. o. 2. §. statuto de conſt. lib. 6. dicit quod sunt perpetua, si- cuit statuta legatorum, c. fi. de de offi. leg. & gl. ibi in vers. statuta, tamen opinio-

contraria est: verior, nempe quod sunt temporanea, & expirant morte condito- ris, Bal. & Doct. in l. 5. ff. de verb. obl. Firm. tract. de Episcopo. 2. p. lib. 4. q. 15. fol. 26. Aret. in §. alia, Instit. de actio. Gome. loc. cit. à n. 62. usque ad 66. se- cūs in statutis legatorum, quae sunt per- petua; ratio diversitatis est: quia in Legato reperitur in jure cautum, in Episcopo ve- rò non; fallit tamen hoc in editis, seu ordinationibus factis in Synodo provin- ciali, vel diocesana, quae sunt perpetua, & non expirant morte conditoris, Na- varr. c. 27. n. 2. ratio est, quia tūc illa editi & seu constitutiones, habent vim legis, & canonis, & ita intelligit etiam de ex- communicatione, & casibus reservatis in synodo provinciali, vel diocesana, quia sunt perpetui, imò Abb. in c. anor- bis, n. 12. dicit esse perpetua, etiam fa-cta à capitulo sede vacante, nisi revocen- tur per Episcopum de novo creatum, hoc intellige exceptis synodalibus, prout suprà. ita Socrates in historia tripartita lib. 1. c. 9. ubi inter cætera ab Imperatore Constantino sancta in favorem autho- ritatis Episcopalis afferuit decreuisse in-convertibles esse terminos synodales. Host. in sum. tit. de offi. leg. §. quid perti- net, num. 3. cum aliis, & §. in quo loco.

Ad quartum. Respondetur quod non in tangentibus statutum Ecclesia ge- nerali, vel tangunt Episcopum, alia potest. Gloss. in c. 2. §. ceterum, in ver. statutum, de verb. sign. lib. 6. Gem. in c. cum in tua, notab. 2. de consuetud. l. 6.

ASSA

